Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Hoc enim faciens: carbones ignis congeres sup caput eius.
Noli vincere a malo: sed vince in bono malum. Math.
Illo t: Cum descendisset ihc de monte secute sunt
eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens: adorauit
eum dicens. Dne: si vis potes me mundare. Et ex
tendens manu: tetigit eum dicens. Volo. mundare. Et
confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihc. Vide
ne cuiquam dixeris. Sed vade ostende te sacerdoti. Et offer
munus quod precepit moyses in testimonium illis.
Cum autem intrasset capharnaum: accessit ad eum ce
nturio rogans eum. Et dicens. Dne: puer meus iac
et paralyticus in domo. Et male torquetur. Et ait illi ihc.
Ego veniam. Et curabo eum. Et respondens centurio ait.
Domine: non sum dignus ut intres subtectum meum:
sed tantum dic verbo: Et sanabit puer meus. Nam et
ego homo sum sub potestate habens sub me milites: Et dico
huic vade. Et vadit. Et alio veni. Et venit. Et seruo meo fac
hoc. Et faciet. Audiens autem ihc miratus est: Et sequentib:
se dixit. Amen dico vobis: non inueni tanta fidem in
israhel. Dico autem vobis: quod multi ab oriente. Et occi
dente venient. Et recumbent cum abraham. Et ysaac. Et ia
cob in regno celorum: Filii autem regni eicientur in tenebras
exteriores. Ibi erit fletus. Et stridor dentium. Et dixit ihc centu
rioni. Vade. Et sicut tu credidisti fiat tibi. Et sanatus
est puer in illa hora. Dnica iij. Lectio. e. b. p. Ad Rom.
Fratres: Nemini quicquam debeatis: nisi ut inuicem
diligatis. Qui enim diligit proximum legem imple
uit. Nam non adulterabis. non occides. non furaberis.
non falsum testimonium dices. non concupisces rem proximi tui.